

2. *Sceptrum* h. e. imperium, & regia potestas. Unde Judæi Messiam adhuc expectantes malè colligunt: *Afflictiones à Judæis non sunt ablatae. E. Messias nondum venit.* Totus enim contextus evincit, שבט ibi non virgam, sed *sceptrum* significare. Sicut & *Onkelos* & *Targum* per מרך expriment, quod *Regem, Principem, &c.* notat. confer Doct. *Müllerum* in *Judaismo* p. 206. seq. Sic:

*Qui convalescebat, est sanus:*  
*Ægrotus convalescebat,*  
*E. Ægrotus sanus est.*

Resp. vocabulum, *ægrotus* est ambiguum, significat enim aut eum, qui *nunc ægrotat*: aut qui *antea ægrotabat*, nunc autem ægrotare desit. Illa significatio in conclusione: hæc verò in *Minori* servatur. *Hieron. Rekleb.* in *Organ. de Sophist.* c. 4. p. 165. Σύνταξις 1. *constructio*, ordo, 2. *distributio* in classes. 3. *tributum* sive stipendium. ut *διδόναι*, vel *ὑποτελεῖν σύνταξιν*, *pendere tributum.* *Demosthen.* in *Orat. de Pace.* τὸ ἅγιον, εἶδος, 1. *res sacra, veneratione digna.* 2. *scelus, piaculum.* ὁ ἀρχὸς ἔστι *princeps, dux.*  
 2. πο-